

per librum ad desalarnia yhu iherusa

D. IOANNIS

MOLANI,

SACRÆ THEOLO-

GIAE LOVANIÏ PROFES-

SORIS, AC PONTIFICII ET REGIÆ

librorum censoris, liber, de piis testa-

mentis, & quacunq; alia pia vl-

timæ voluntatis dispo-

sitione.

CVM TRIPLICI INDICE, CAPI-

tum, scripturarum, ac rerum.

Ecclesiasticus Cap. XXXIII.

In die consummationis dierum vitę tuę. & in tem-
pore exitus tui, distribue hæreditatem tuam.

Ambrosius Epist. XLIII.

Quid homini pecunia sua, nisi quoddam
viaticum est?

COLONIAE

IN OFFICINA BIRCKMANNIC
sumtibus Arnoldi Mylij.

Cum privilegio Sac. Caf. Maiest.

M. D. LXXXV.

COH. Soc. T. B. S. V. Salm. ex dono F. C. S. M. N. V. A. T. V. S.



REVERENDISSIMO
ET OBSERVANDISSIMO
DOMINO SVO, MAXIMILIANO
Morellonio, Episcopo Tor-
nacensi.



RAECLARE scriptum est,
reuerendissime Domine,
ab AMBROSIO episco-
po, Quid homini pecunia *Epistola 44.*
sua, nisi quoddam viati-
cum est? Nō enim per pe-
cuniam nummos tantum

intellexit: sed phrasi vsus est, à Iurisconsul-
tis vsitata. Apud quos pecuniæ nomine non
modo nummi, sed omnes res, tam solidæ,
quam mobiles: & tam corpora, quam iura,
continentur. Cum enim sanctissimus Anti-
stes, antequam ad ecclesiasticæ dignitatis fa-
stigium eueheretur, in forensibus rebus ac
rerum publicarum administratione clare-
ret: atque actionibus suis studium facundiæ
& omnigenæ eruditionis coniungeret, ob-
uia ei fuit latior hæc pecuniæ significatio.
Nam corpora quoq; pecuniæ appellatione
contineri, nemo est, ait Vlpianus, qui igno-
ret. Et à diuo Augustino scriptum est pecu-
niæ nomine omnia contineri quorum iure

*Lib. 1. de Lib.
bero arbi-
trio, cap. 15.*

LIBER DE PIIS
TESTAMENTIS, ET QVA-
CVNQVE ALIA PIA VLTIMAE
voluntatis dispositione.

Saluanum Episcopum scripsisse de pia testatio-
ne libros quatuor.

Caput I.



SALVIANVS, Massiliensis E-
piscopus, Episcoporum sui tē-
poris, Gennadio teste, magi- *Gennadius*
ster, cū videret plurimos, & *in Catalo-*
penè cunctos, sui temporis, re *go.*
rum abundantes, tam grauiter
languere, vt non filios, non familias, habentes, *Saluanum*
opes & substantias suas, non pauperibus, non *in prefatiō*
Ecclesijs, non sibi ipsis, non Deo; sed seculari- *ne.*
bus, ijsque diuitibus, & extraneis, deputarent:
cumque cerneret hunc morbum non seculari-
um tantum esse, sed etiam eorum, qui sibi no-
men religionis vsurpant: labem non tantum
ad mundi homines, sed etiam ad poenitentes
& conuersos, & ad viduas continentiam pro-
fessas, ad puellas in sacris altaribus consecra-
tas, & quod propè inter monstra reputandum
est, ad Leuitas & Presbyteros, & quod his fera-
lius est, etiam ad Episcopos, peruenisse, zelo
Domini, quasi igne ardente, commotus, scri-
psit ea de re, ante annos mille, sub titulo Timo-
thei Episcopi, ad Catholicam Ecclesiam, libros
quatuor. Qui quod in paucorum, manibus ver-
A sentur;